



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

XLIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem Domstifte
Getreidehebungen aus dem Dorfe Wollenrade, im Juni 1279.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

XLIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem Domstifte Getreidehebungen aus dem Dorfe Wollenrade, im Juni 1279.

Johannes, Otto ac Conradus, dei gratia brandenburgenses marchiones, — ex mera nostri animi puritate et consensu nostrorum heredum, In honorem dei ac reverentiam sanctorum suorum solemnem, ecclesie sancti Nicolai in Stendal ac personis inibi devote deo famulantibus quinque choros siliginis vendidimus annue pensionis cum proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendos: Qui prefati chori quinque siliginis in villa Woldenrodhe sunt positi ac jacentes. Deditur itaque hos quinque choros cum proprietate predictae ecclesie perhenniter possidendos. Sed ut nostra donatio celebris ac devota per nos ac per nostros successores sine cuiuspiam interpositionis instantia integraliter ac inuiolabiliter obseruetur, predictae ecclesie presentem nostram paginam desuper conditam donari procurauimus sigillorum nostrorum apicibus communitam. Testibus nichilominus, qui presentibus aderant subnotatis, ut domino Johanne de krochere, domino Henningo de kercawe et G. fratre suo, domino hinrico de Wardenberch, domino R. de Redere, domino Ludolpho de Griben, domino Iudekino de Wodenfuege et aliis quampluribus circumspectionis ac fidei habitudinibus approbatis. Datum in tangermunde, anno domini millesimo CC° LXXIX°. XII nonas iunii. *)

XLIV. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem Domstift Getreidehebungen aus dem Felde Schadewachten, am 2. Septbr. 1280.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Liqueat tam presentibus quam futuris, quod nos Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses cum consensu fratrum et coheredum nostrorum, ob spem retributionis eterne, ecclesie beati Nicolai in Stendal liberaliter contulimus proprietatem unius chori, qui soluitur de manso sito apud Stendal in campo, qui dicitur scadewachten, quem chorum Hinricus audax a nobis tenebat in feodo, sed ob reuerentiam dei et remedium anime sue ad utilitatem dicte ecclesie in manus nostras uoluntarie resignauit: et ne forsitan obliuio nouerea gestorum huius liberalitatis memoriam valeat obfuscare, litteris nostris et sigillis, quod ob remedium animarum nostrarum fecimus, successoribus inuiolandum roboramus. Huius rei testes sunt clerici dominus Orlicus prepositus repinensis, Dominus Aluwardus noster capellanus, Laici dominus Johannes de Retbeke miles, Rotcherus noster camerarius et alii quamplures. Datum Stendal, anno domini M°. CC° LXXX. IIII° nonas septembris.

XLV. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem Domcapitel zu Stendal von Dieterich von Osterburg erkaufte Zinshebungen in Mezsdorf, am 28. Febr. 1281.

Johannes, Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, — pateat uniuersis cristi fidelibus tam presentis temporis quam futuri, quod cum fidelis noster Thidericus de Osterburch vendidisset pro quadraginta et octo marcis quatuor talenta, que a nobis tenuerat In

*) Das in dieser Art nicht zu entziffernde Datum steht im Original deutsch da.